





Pr. 2. num. 30.

1686/13

17

I. N. D. N. I. C.
DE
ARCHIVO IMPERII,
PRAESIDE
**DN. NIC. CHRISTOPHORO
LYNCKERO,**

IVRECONSVLTO PRIMITVS IN ACADEMIA IE-
NENSI MAGNI NOMINIS, DEINDE VERO SACRAE
CAESARAE MAIESTATI A CONSILIIIS IN
AVLA IMPERIALIBVS


D. X. SEPT. A. O. R. CIO IO C LXXXVI.

DISPVTAUIT

HEINR. SIGISM. DANCKLVFFT,

C. M.

P. 464.




IENAE,
REC. LITTERIS IO. BERNH. HELLERI, 1744.



AR CHIVO IMPERII
DEI REGIS CHRISTOPHORO

INSTITUTIONE ET ORDINE
CANTUARUM ET ALIARUM

HEINRICH SIGISMUND DANONKYVITZ



REG. LIBRARIUS DE BEROLINENSIS





DE
ARCHIVO IMPERII.

I.



ur de Archivo Imperii
ad doctrinam de Ma-
trricula agat Boeclerus.
2. quid sit. 3. ubi sit.
4. de instructu appara-
tuque Archivorum. 5. Eorum ca-
sibus & damnis. 6. Auctoritate, u-
suque Archivi Imperii.

I. Inter præcipua, quæ in Ar-
chivo ⁽¹⁾ Imperii asservantur, est

A 2

Matri-

82) 4 (83
*Matricula Imperii, cujus editio in-
de petitur. (b)*

(a) *Archivo.* Arcam cum codicibus, mem-
branis, chartis, dedisse nomen archivo aliqui vo-
lunt; sed rectius à voce græca ἀρχεῖον dici, scribit
Mabillonius *Lib. I. d. Art. Diplom. c. V. §. 2.* an ab
ἀρχία, *arceo?* (nisi quod ἀρχεῖον nullibi legatur, &
ἀρχεῖον forte scribi debuerit) cum Isidoro *XX. 9.*
ubi & ab *arca*, seu secreto: nam & alibi *arcivum*
occurrit. Frequentius *Archium*, ut ap. Paulum
JC. in *Lib. IV. sent. Tit. 6. §. 1.* ibi: *in archium re-
ponatur.* Significat autem ἀρχεῖον, (item ἀρχαῖον,)
vox sequioris ætatis ap. Græcos, Cameram, Pala-
tium, ædem Magistratum, Regiam, forum: in
specie & sensu famoliori *Tabularium*, (quod est
ap. Cic. in *Or. pro Arch.*) *Chartophylacium. l. 9.*
§. 6. ff. d. pæn. ibi: archio vel grammatophylacio. l.
30. C. d. Episc. aud. Nov. 15. c. 5. in fin. & Nov. 74. c.
4. ibi: ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικαῖς ἀρχαῖοις, h. e. ubi venerabilia
vasa servantur. *Archia Romana, ap. Terrull.*
adv. Marcion. (alibi *Archiva* Ægyptior. Chalde-
or. Phœnicum, quæ in *Apologet. c. 19.* laudat:)
Inde *Archiota, l. f. §. 10. ff. d. muner. §. bon.* *Cu-*
stos seu Præfectus Archivi. Postmodum Latini
vav

vau interposuerunt, (Rævard. *Lib. 1. Conjectan.*
cap. 3. quod inscripsit : *de Publico Tabulario.*) sicut
 in ἀρχεῖον Græci digamma æolicum, ut *Archivum*;
 necnon *Archivus*, diceretur. Ita enim ap. Augu-
 stinum *in epist. 43. (olim 162.) ad Glorium* : non
chartis veteribus, non archivis publicis, (sive locum
 sive *documenta* inibi *recepta*, ut nunc etiam, *vid.*
Instr. Pac. Art. XVI. §. 14. intelligat :) non *gestis*
forensibus aut ecclesiasticis agimus : Imo ap. Ana-
 stasium *Bibliothecarium* : *Archivium* quoque re-
 peritur : pro receptaculo scilicet, reconditorio,
 promptuario chartarum, armario tabellionum,
 bibliotheca, scrinio, chartario ; sicuti *scrinia* Tra-
 jani Plinius, *X. Ep. 71.* & *scrinia* Romanæ Ecclesiæ
 & *regalia* (inde hodie *ein Regal* / Germani pro re-
 positorio efferunt,) Gregorius M. *Lib. XI. ep. 8.*
 in quibus Constitutiones Pontificum asservaban-
 tur ; & Romanæ Ecclesiæ chartarium, Hierony-
 mus *Lib. 2. adv. Rufinum*, ut & *Archiva* sedis Apo-
 stolice *c. 1. XXX. qu. 1.* item Romana *ch. un. in f. d.*
jurej. memorant.

(b) *Cujus editio inde petitur.*

Cum primis in Exemptionum causis. Ruland. *V.*
c. 8. d. Commissar. n. 12. Klock. *c. 19. d. Contribut.*
n. 37. Fuit sane *Matricularum* ap. Ecclesias quo-

quæ custodia sanctior, & ipso potior archivo reliquo : sicut in *Concilio Carthaginensi e. 86. ap. Dionys.* præscribitur : *ut matricula & archivus Numidie apud primam sedem sit, & in metropoli, i. e. Constantina.* Quin & *Archi-Custos Matricule* nonnemo Meinardus Dionysianus, in præcepto quod. Caroli Calvi de anno 854. *ap. Mabillon. Lib. VI. n. 90.* nuncupatur.

2. Est autem *Archivum seu Tabularium Imperii*, ubi asservantur ^(c) *Leges & Ordinationes Reipubl. Acta publica, instrumenta juris publici, plerumque & privati, quatenus Reipublicæ interest, (d) ea custodiri, Documenta, Matricula, Foedera, Legationes & alia, quæ nomine publico & formali actu tractantur, decernunturve.*

^(c) *Asservantur.* & asservari debent; usui Imperii & quorum interest; tum & fidei publicæ causâ; *Leges Imperii fundamentales, sanctiones*

ones Pragmaticæ, Recessus, Mandata, Edicta, Rescripta, Decreta, Privilegia, Statuta, Gesta publica, Genealogiæ, Heraldica, Breviaria terrarum, locorum, exactionum, jurium, feudorum: Tractatus, Protocolla, Conciliorum quoque, tum Conventuum Imperialium, Deputationum, Visitationum, Electitionum. &c.

(d) *Quatenus Reipubl. interest.*

Imo etiam quatenus *singulorum*, & vel *privatorum*: quod & fides judiciorum requirit, & *Archivum* utrumque *Imperii*, in causis innumeris, ex *Imperii* Regionibus in *Aulam* atque *Cameram* delatis, præstat. Hinc angustum nimis *Bœcleri* Archivum est, cui tantum ea inferri vult, quæ nomine, id est, *emolumento*, *publico* tractantur. Incommodè quoque distinguuntur instrumenta, in ea quæ *publici* & quæ *privati juris* sunt; rectius in *publica* & *privata*: quæ foro recepta est distinctio. Nam & privatum jus tuetur instrumenta publica, & publicum jus privatum sustentat. Sic plura continent *Recessus Imperii*, quæ ad judiciorum ordinem pertinent; illa vero nec publici juris nec privati præcise dicere licet: eo quod per applicationem demum, ex objecto & fine immediato, uni alterive juri accenseri debeant.

[Distin

[*Distinctio Archivi Publici, & privati, (e) non recte se habet apud Speidel. voc. Archiv.*]

(e) *Publici & privati.* eo ipso enim Archivi nomen non merentur privata scrinia, quod fidem publicam non habeant. Unde nec privata *Monasteriorum* scrinia fidem faciunt, absque adminiculis aliis. Puteus. 3. Dec. 186. Mabilon. Lib. III. c. 5. §. ult. ubi de Tabulario *Dionysiano*; nec chartophylacia (Reposituren, Registraturen,) urbium *Municipalium*. Cothmann. Resp. 47. n. 45. & 231. Heider. Deduct. Lindav. p. 99. multoque minus *Tablina* aut *Pinacotheca*, quae sunt aedium privatarum.

Distinctio Archivi Imperatoris, (f) & Imperii, (g) explicata ap. Arum. (h) de Comitibus c. 8. n. n. 65. pag. 640.

(f) *Imperatoris.* Quod usui Caesaris, tam publico & communi Imperii, quam *Domus suae*, intervit: & hic non modo das geheime Archiv, sed & reliqua *partitiones* varias sortiuntur.

Archi

Arbitrium vero, in ministris ei præficiendis, & curando illo, *solius Caesaris* est. Habuere autem non Reges modo Francorum aliique, in *Palatiis* suis, ejusmodi reconditoria; sicut ex innumeris aliis, in præcepto quodam *Childeberti III.* de anno 694. reperitur, quod *Mabillon. Lib. VI. n. 20.* edidit: *duas præceptiones uno tenore conscriptas fieri iussimus, una in arce (archivo) basilicæ S. Dionysii resediât, & alia in tessauro nostra.* Sed cum primis à primordio Regni *Germanici* Archivum *Caesaris* in *Palatio*, quod *Archivum* quoque *Palatinum*, quin & simpliciter *Archivum publicum* dicebatur, obtinuit. Nam ita *Annales Francor.* ad annum 813. habent: *Constitutiones Conciliorum coram Imperatore (Carolo) collectas esse, & earum exemplaria non tantum in singulis Civitatibus, ubi habitata sunt Concilia, sed etiam in Archivo Palatii haberi.* Sic & *Ludovicus Pius* exemplar præcepti illius, quod *Goldastus Tom. II. Constit. Imp. p. 10.* jam exhibuerat, in *Archivo Palatii sui* reponi voluit: *ut ex illius inspectione, si quando, ut fieri solet, quis partium reclamaret, vel quislibet alter contra eos causam habuerit, definitio litis fieri posset.* Idem in præcepto altero factum est, quod ibidem prodit *Goldastus*: (postquam *Ludovicus* prioris illius

B descri-

descriptiones tres, posterioris autem septem confici, & Episcopo unum, alterum Comiti, in eo loco, & reliqua partibus tradi curasset.) Equidem totius juris fidem habent scrinia Caesaris. l. 19. C. d. Testamentis.

(8) *Et Imperii.* Quod iterum duorum generum est. Nam bina sunt Archiva, aut partes potius Archivi Imperii, in duobus summis Judiciis: unum vero in Aula sua Moguntinus habet. Istorum alterum Vienna est, vel ubi Aula fuerit Casarea: inde etiam partim Statarium posses dicere, partim Viatorium; ut si quæ Acta Pragæ, Ratisbonam, aut alio, cum Aula seu iudicio Caesaris Aulico, (quod eo tempore, quo nec dum stabilem sibi Cæsares Residentiam figebant, varie Imperium transeuntes, vel maxime fieri oportuit), absportentur. Venit hinc quoque nomine Cancellarie, (quanquam Cancellarie nomen non modo Archivum, sed & totam actorum expeditorum & conservandorum rationem, qua personis, rebus & iuribus illorum absolvitur, designet,) *der Reichs-Hof-Canzley.* Ferdin. I. Reichs-Hofr. D. c. 37. & Ferd. III. R. H. D. Tit. 3. §. Es sollen auch. Capitul. Leopold. art. 40. cui de Vice-Cancellario, aliisque personis & rebus necessariis,

cessariis, Elector *Moguntinus* libere prospicit. *d. art. 40.* tanquam S. R. I. per Germaniam *Archi-Cancellarius*: quo & ipso nomine insigniebatur antehac *summus Cancellarius*, qui cæteris *Aula* vel *Palatii Cancellariis* seu *Notariis* præerat. Cæterum qui nunc demum à seculo & ultra *Vice-Cancellarius*, & quidem *Imperii*, dicitur, idem antehac *Cancellarius Imperialis Aula* seu *Palatii* vel *Curia* dictus fuerat, ut in *Aur. Bull. Carol. IV. c. 27. §. 2.* (& tamen etiam de ipso *Moguntino* in *cap. 3. ibid. §. 2.* habetur: in toto *Cancellariatu* suo Germanico.) *Officium Vice-Cancellarii* inter alia conspicitur in custodiendo *typaria*, vel *Sigilla Cæsarea*, & in *subscribendo* expedita: quod non minus ab eo fieri solet, quamvis *Moguntinus* in *Aula* vel *Diæta* præsens sit; pro arbitrio tamen *Moguntini*, & an is vel solus *subscribere*, vel una *Vice-Cancellarii* *subscriptionem* adhibere velit. *add. B. Mallinkrot. Part. 2. Tr. d. Archi-Cancellar. Imp. p. 113.* qui simul etiam *p. 49.* *Cancellarios* illos ad usque *Ferdin. III.* recenset. Hodie *Vice-Cancellariatu* illo fungitur *Dn. Leopoldus VVilhelmus*, S. R. I. *Comes de Königseck & Rotensels*, &c. S. Cæs. Maj. *Consiliarius Intimus*: idque officium etiam *Literatis*, sive aliis quam *Standes-Personen*,

nen) conceditur: sicut eidem inter alios *Udalricus Zasius*, J.C. præfuit. *R. A.* 1566. ubi *subscr.* Cum quoque diem suum anno 1669. 14. Mart. obiret Dn. Ferdinandus Comes *Kurtz*, in ejus locum interea, donec à Moguntino Comes *Königs-eckius* constitueretur, Dn. Comes *G. Ulric.* à *Wolfs-stein* successus erat. Alterum Archivum, *Judicis Imperii summis* destinatum, in *Camera Imperiali* habetur: inde die *Cansley des Kaysersl. Cammer-Gerichts* / *R. A.* 1557. §. 36. seqq. ubi etiam von *Bestellung derselben durch Chur-Mähng.* Præst enim illi *Moguntinus* Elector per *Præfectum Cancellarie*, den *Cansley-Verwalter*: (v. *Blumium Tit. XI. Process. Cam. & al.*) cui subsunt *Protonotarii*, *Notarii*, *Leitores* &c. In eo Archivo recondita etiam sunt, æque ac in *Vien-nensi*, (quod tamen, ob plenitudinem Jurisdictionis, *varietate* vel *pondere* causarum majori instru-ctum est: Acta judicialia, Privilegia Statuum *Immediatorum*; nec tantum in ipso *Cancellarie* loco, sed & *Lectoria*, ad quam *Crypte* dux, *Geswölbe* pertinent: de quarum dispositione, & quamam distincte in una alterave reponi debeant. v. *Part. I. C. G. D. Tit. 30. §. 3. & 4.* Sunt quoque nuper inde aliqua *Frankfurtum*, ceu tutio-rem

rem locum, ex concluso Comitali, missa. Superest pars *Archivi Imperii* illa, quam *Moguntinus* in *Aula sua* servat, unde die *Mäynzische Cansley*, *N. A.* zu *Speyer* / 1542. §. 135. ibi: Vermög des Anschlags, so dem Pfennigmeister und Käyserlichen Fiscal aus der *Mäynzischen Cansley* zugestellt werden soll. Sed & die *Reichs-Cansley*, uti in eod. *Recessu* §. 129. ibi: wie die in der *Reichs-Cansley*, bey andern dieses Reichstags-Handlungen, registriert und behalten wird. Videlicet in hoc *Archivo* recondita quoque habentur *Acta Imperii publica*, tam in ipsis *Conventibus*, quam extra eos, suscepta: quapropter etiam cum hoc *Archivo* sapissime concurrat *Archivum Imperatoris*. Ita in *N. A.* 1548. zu *Augsb.* §. 75. ibi: in eine sondere *Verzeichniß* gebracht, mit unserm *Handzeichen* verfertigt, und bey *Unser*, auch des *Reichs-Cansley* zu finden, junct. §. 57. & 76. Item *N. A.* 1598. zu *Regensp.* §. 10. ibi: Von ihnen (*Reichs-Muster Commissario*, *Reichs-Pfennigmeister* / *ic.*) gebührende *Reverse*, einen für *Uns* zu behalten, und den andern denen *Ständen* des *Reichs* zur *Mäynzischen Cansley* einzuliefern, *ic.* Quinimo par *fides* *Archivo Moguntino*, si non major, cum *Cæsaris Archiv*, in his

quæ in istud *recepta* sunt, (nam hætenus quidem *Imperatoris Archivum* ratione Notitiarum & reliquorum, quæ non publica forma stabilita & firmata sunt, haud dubie locupletius & magis instructum est,) habetur, quod pro religione iurjurandi sui invigilare muneri suo vel maxime credatur, ne in scrinia sua recipiat, nisi *Originalia Scriptura & forma precipua*. Hinc Theologi Saxonici in *der Bertheidigung des Augapffels*, pag. 351. cum Jesuitæ minarentur, potuisse *Exemplar Authenticum Augustanae Confessionis*, cui inlistat *Pax religiosa*, aut fato periisse, aut consilio subductum esse, securi sunt de *fide & diligentia* Cancellariatus Imperii, & in pag. 303. *der S. Bertheidig.* narrant, daß der Churfürst Johann Schweickard, zu Maynz, einem gewissen Reichs-Fürsten, Augspurgischer Confession, das rechte erste Original solcher Confession, aus dem Reichs-Archiv, hab folgen lassen, welches Kaiser Carl der Fünffte in seinen Händen gehabt; davon auch ein richtiges Vidimus genommen worden. Plane quod *Auream Bullam Caroli IV.* attinet, exemplar *precipuum Francofurtanae Reipubl.* concreditum est, ut quamvis non minus *Exemplaria authentica* in Archivis *Electorum* asserventur; tamen ad illud
 Fran-

Francofurtan. exemplar ultimo recurrentum sit.
 Neque dubium est, eandem fidem *exemplari In-*
strumenti Pacis VVestphalica habendam esse, *wel-*
ches Chur-Sachsen, solches in sein Archiv bey-
 legen zu lassen, zugestellt worden, quæ *exemplar*
Moguntino tribuitur, (quanquam *Moguntinus Ele-*
ctor contradicere voluerit.) De cætero fides etiam
Protocollis Moguntini, præ aliis *Electoralibus*, re-
 gulariter præcellit, und wird / wann Irrungen/
 Streit oder Zweifel fürfallen / über einem oder
 dem andern / so etwa im Rath vorgangen seyn
 solle / einig und allein auf das Chur-Mäynzische
 Protocoll, als beglaubt / gesehen: Massen auch
 diejenige / so mit Protestationen sich zu verwah-
 ren gedengen, dieselbe diesem einzuverleiben, und
 davon Extract zu ertheilen / inständig anhalten;
 notante Heiden / in der Grundfeste / *ll. c. 4.*

(h) *Arum.* Nihil ibi explicat *Arumeus*;
 & in loco inferius citato, *n. 67.* tantum, quod *Mo-*
guntinus etiam Archivo in *Camera Imperiali* per
 Verwalter præsit, habet; nil præterea.

3. Archivum Imperii est penes
Electorem Moguntinum, qui etiam
 vi Archicancellariatus habet solus
 Archi-

Archivum & Tabularia Imperii publica, seu Chartophylacium, quo Imperii documenta & Acta, quæ in Comitibus, Deputationibus, Visitationibus & aliis Conventibus peraguntur, custodiri solent; Matriculam Imperii penes se asservat, apud quem quoque talia petuntur. ⁽ⁱ⁾ *Ruiger. Ruland. de Commissar. lib. 5. c. 4. n. 30.* Atque in hoc Archivo asservat etiam res & Chartas, quæ Italianam spectant: ^(k) non obstante titulo Coloniensi, sicut Boeclerus *Lib. VI. c. 7. Notit. Imp.* tradit. Omnium horum monumentorum Elector Moguntinus Depositarius est & Custos.

Pars *Archivi Imperii* est etiam in Aula Imperatoris, ubi Archi-
Can-

Cancellarius Imperii habet suum Vicecancellarium.

Pars in Camera Imperiali, vid. Arrum. de Comitibus, c. 8. n. 67. p. 641.

(i) *Apud quem quoque talia petuntur.* Etiam per *Compulsoriales*, cum opus fuerit. Quæ vero in Archivis atque Cancellaria *Camerali*, ut & in *Archivo Imperii Viennensi*, habentur, illorum editio & copia non ab Electore Moguntino, aut Præfecto vel Vice-Cancell. Imperii, sed à *Camera & Judicio Aulico* petitur.

(k) *Quæ Italiam spectant.* Nisi quod quæ *causas Italicas*, ad *judicium Aulicum* delatas, concernunt, *Vienna* afferventur. Sed cur non etiam chartarum meminit *Bœclerus*, quæ *Galiam* attinent? quæque ad *Trevirensis* curam, si observantia & usus Moguntino non succurrerent, respicere videbantur. Equidem *Limnæus ad art. 12. Capitul. Caroli V.* non dubitat, *Cancellariam* quoque aliam esse apud *Trevirensis*, iterumque aliam apud *Coloniensem*, Electores; sed *particularem*: (cur vero *particularem*, si *Moguntina ipsi universalis* non est?) respectu partis ejus, cujus
C
quis-

quisque illorum Archi-Cancellarius audit. Male. Atque pejus ipso Linnæo *Goldastus*, quando cum *Collectionem Consuetudinum & LL. Imperialium* Joh. Ludovico *de Ulm* inscribit, eundem vocat Cancellarium Imperialem Aulicum, *Vicegerentem* S. Rom. Imperii per Germaniam, Galliam & Italiam *Archi-Cancellariorum*. Non etiam rem conficit *H. Conringii* traditio, imo nec recipi potest, dum in *Diss. d. Officiis Imp. Rom. Germ. lib. 9. seq.* tradit: habere Archi-Episcopum quoque *Trevirenses* & *Colonienses* suos Archi-Cancellariatus vere; tantum quod *occafio* illis utendi cesset. Non utique cessaret, quando in his quæ Galliam vel Italiam concernunt, & ipsi expeditiones curarent: quas jam *Moguntinus* usu habet; quippe qui non minus ipse aut per Vice-Cancellarium suum ea subscribit: sed & acta Italiæ & quæ adhuc ex Galliis supersunt, eodemve pertinent, in Archivio sibi concredito servat. Num vero quando in *Italia vel Galliis*, quarum intuitu Electores illi Archi-Cancellariatu gaudent, Imperii nomine quid expediretur, ipsimet suo munere fungi, & vel in ipsis rebus Germanicis, possint; sicuti vi Archi-Cancellariatus sui, nec tam usu solo videbatur posse per *Germaniam*, in quibuslibet Imperii causis;

sis, *Moguntinus*, cogitandum est. Nam istud vel-
le videtur Diploma *Caroli IV.* super Privilegiis
Trevirensibus; ibi: *Archi-Cancellariatus exerciti-*
um, &c. institutio & restitutio Cancellarii, Proto-
Notariorum, &c. quotiescunque contingit Impera-
torem vel Regem terminos Arelatensis Regni vel
Gallie intrare, &c. Plane *Archi-Episcopus Mo-*
guntinus, omnium confessione, munus *Archi-*
Cancellarii in *cunctis Imperii negotiis per Germa-*
niam obit: quo etiam respicit *Text. Instrum. Pac.*
Art. V. §. 20. ibi: *Director Cancellarie Mogunti-*
nenfis, nomine Domini Archi-Episcopi, actorum
Comitialium generali directione fungens.

De Archivo Augustæ ⁽¹⁾ aliqua
interferamus.

(1) *Augustæ.* Non puto, ait *Mallinkrot*
in *c. fin. de Archi. Cancell.* superesse *Diplomata Au-*
gustæ, Fuldensis subscriptione insignita. Inveniri
quoque pauca *Diplomata Reginarum Francicarum*
observat *Mabillonius Lib. 2. Art. Diplom. c. 17. §.*
4. ubi unum adducit, quod sigillo *Regine Adela-*
munitum est, de anno 1204. Idemque *Reginas*
& *Imperatrices* non habuisse *bullas aureas* notat,
d. Lib. 2. c. 16. §. 18. Habuere tamen suos *Refes-*

rendarios (seu libellorum supplicum Magistros.)
 v. Gregor. Turonens. Lib. V. c. 43. Lib. VIII. c. 32.
 neque vanum fuisse potuit *Abbatis Fuldensis* no-
 men, cujus & officium in exercitio magis fuit, cum
Aule Imperatorie adesset: Quin & hodie non
 tantum *Cancellario* indiget Imperatrix, cui & pri-
 vata *Domus* committat, & quæ eandem, qua *Im-*
peratricem, ratione præcedentiæ, coronationis,
 ceremoniarum, juriumve sibi ex privilegio Cæsa-
 ris aut observantia competentium, concernunt.
 Quocirca Goldastus in *Dedicatione Tom. II. der*
Reichs-Satzungen, Imperatrici *Anne, Matthie*
Cæsaris conjugii, facta, eandem admonuit, ut vel-
 ut post intermissum eum à ducentis annis morem
 prima nunc sit, quæ coronata fuerit: ita etiam eo
 contendere debeat, ut *Archivum* instruat, cui per
Sub-Cancellarium præsit ejus *Cancellarius*. Enim-
 vero plura emanare possunt, ad Augustam perti-
 nentia: velut *Acta*, è multis aliis, occurrunt, in
 puncto *præcedentiæ der regierenden Kaiserin*
Obristhofmeisterin, und des anwesenden Fürst-
lichen Frauenzimmers, in *Comitiis Ratisbonensibus*,
 anno 1653. ap. *Limn. Addit. poster. ad Lib. 2. I.*
P. c. 14. n. 21.

4. *Instructus apparatusque Archivorum*, superioribus seculis rudius factus, in melius magis magisque coepit ordinari concinnarique. (m)

(m) *Ordinari concinnarique.*

Curam archivorum sub Imperio Francorum Clerici fere habuerunt, qui tunc pene soli nomine *Litteratorum* noscebantur, magnoque suo commo-
do *Cancellarias*, ob cognitionem Latinæ lingvæ, occuparunt, v. Lehmann. *Lib. V. Chron. Spir. cap. 107.* Inde Clerici vel *Capellani* in *Secretarios* adsciti, item in *Cancellarios*, (nam & in Republ. veteri *Græcorum Cancellarii* erant viri *Epistolares*, & à secretis *Judicum. l. f. §. 2. C. d. temp. appell.* cum tamen hodie id nominis Dignitatum Palatinarum apicem exhauriat; *Notarii* vero erant à secretis *Principum. l. 8. C. d. Adsess. & domest. & Cancellar. jud.*) quos & *Scholasticos* dixere, atque tempore Meroveadum *Referendarios*. Quin & iidem erant *Notarii, chartarii publici, questores*, qui *Cancellarii absolute*: (quanquam *Notarii*, [qui & *scriptores*, quoniam scribendis actis interviebant,]

bant,] seu *Scriniarii Romanorum Pontificum*, quod archiva Ecclesiae tuerentur, *c. ad audientiam. x. d. Prescription.* alii fuerint à Cancellariis eorundem, dicti *Secundicerii & Vice-Cancellarii.*) Imo Notarios quoque *Archi-Cancellarios* dictos esse reperimus, eosdem qui & *Registratores* nuncupantur. Summum Cancellarium dixerunt *Protonotarium.* Sed Episcoporum ut Pontificum Cancellariis Notarii subiecti fuere. Alias *Cancellarius* etiam *Notario subsuisse* legitur: tam varie nomina hæc commutata sunt. Obibant autem *Cancellariorum* officium aliquandiu S. R. E. *Bibliothecarii*: quod nominis Latinum non esse, *Vossius* notat *Lib. I. d. Vit. Serm. Lat. c. 17.* & rectius *Bibliotheca prefectum* dici. Est quoque *Chartularius* custos chartarum, *ap. Gregor. M. Lib. 2. Ep. 3.* (*Actuarii* vero Diplomatum conditor.) Aliquantum huc *Matricularii* pertinent, *Nonnones* etiam vocati; tum & ex veteris Monarchiæ officialibus, quos *Lib. VIII. Tit. 1. § 2. Cod. Theodof.* habet, *numerarii, tabularii, scriniarii*, item *actuarii, scribæ*, qui tunc temporis chartarum curam *ap. Magistratus, Civitatesque*, juxta functiones alias, sustinebant. *Magistri* vero *scriniorum*, qualis *Ulpianus*, aliique *summates Viri*, in Aulis Imp. fuerant,

rant, authoritate & eminentia eruditionis, locum
 atque munus supremæ directionis, in Consistorio
 Principum, tuebantur. *v. tot. tit. C. d. Magistr.
 Scrinior.* (quibus *memoria*, epistolæ, libelli, dis-
 positiones continebantur: *l. f. C. d. Decur. l. 1. l.
 8. C. d. prox. sacr. Scrin.* à quibus diversa erant *scri-
 nia sacrarum largitionum*: quo & plura alia refe-
 rebantur. *l. 7. C. d. Palat. sacr. largit. & rer. priva-
 tar.* Panciroll. in *Notit. utr. Imp. c. 75. seqq.*) E-
 quidem *Archivarii* nunc quidem *Registratorum*
 operam, licet digniorem aliquatenus, exequun-
 tur: eo quod & publicorum monumentorum,
 & causarum Principis interiorum, inspectionem
 habeant, iisque coordinandis ministerium præ-
 beant: horum officium striete insinuat D. à Se-
 ckendorff. *p. 2. des E. Fürsten-Staats, c. 6. n. 14.
 seq.* Majoris operæ & potestatis est officium mo-
 derni *Præsidis Archivi Romæ*, qui curam habet il-
 lorum, quæ concernunt instrumentorum & scri-
 pturarum *conservationem*, tam in *Urbe*, quam in
universo statu Ecclesiastico, ut scil. Archiva bene
 teneantur & custodiantur, atque in iis, ad formam
 Apostolicarum Constitutionum & bannimento-
 rum, Notarii exhibeant *sumptum* instrumento-
 rum & aliarum scripturarum; ad quod etiam *Visita-*
sita

sitatores destinari solent: Ita nuper descripsit *Cardinal. Joh. Baptist. de Luca*, in *Relat. Curiae Rom.*
Disc. XL. n. 13. Saluberrimum est institutum *Au-*
larum, quæ certos *Consiliarios*, *Archivo-Räthe*,
 qui & alibi *Ober-Archivarii* appellantur, per-
 quiritendis *Archivis* suis præficiunt: ut quæ usui
Domus, & *juribus* ejus tuendis, intersunt, per-
 scrutentur; qua facultate *Registratores* instructi
 esse non possunt. Inde *Vaticano* etiam *Archivo*
Platinam aliquando, nec non *A. Steuchum*, item
Baronium, aliosque viros eximios, *Veneto M. An-*
tonium Sabellicum, & si ad primordia *Romana* re-
 spicere licet, illustri tantæ curæ exemplo, *Julium*
Cæsarem Scriinis Palatinis M. Terentium Varro-
nem, qui, doctissimorum *Virorum* encomio, do-
 ctissimus ipse *Romanorum* fuerat, admotum fuisse
 legimus. Nil custodia absque usu proficit, ne-
 que usum, nisi peritis rerum agendarum, invenire
 licet. Utique non incuria tantum veteres labor-
 arunt, sed & notitia documenta probe ordinandi
 destituti fuere: quam nunc quidem suggerunt,
 qui von der *Registratur-Sunst* etiam nuper adeo
 scripserunt. v. quos ex superiori tempore nominat
Adam Keller. Lib. II. c. 16. d. off. Jurid. Polit. (ubi
 de *Archivi* ordinatione, documentor. asservatione,
 ne,

ne, dispositione, & personis Cancellariae eorum-
 que officii, magnam partem ex *Joh. Jac. à Ram-
 mingen* commentatur:) cui addas licet *de Archivis
 Libellum Balthasar. Bonifac. JC. Veneti*, (qui ex
 multorum librorum à se confectorum scriptione,
 quos habes in calce *Historie* ipsius *Iudricæ*, se- ip-
 lum inter *Polygraphos* numerat.) Pauci quoque
 peritorum ad Archiva olim intromissi sunt, neque
 curam pervolvendis monumentis debitam adhi-
 buerunt: de qua non minus *d. l. Kellerus*, quem
 toto capite, suppresso nomine ejus, in *Obs. Pract.*
 voc. *Registratur*, exscripsit *VVehnerus*. Inde
 Archivorum pristini temporis misera facies, ut in
 illis maximam partem nil fere penitus, aut valde
 imperfectum, reperiatur, de rebus his, quæ ante
 aliquot secula contigerunt; sed chirographa tan-
 tum, descriptiones censuum, & similia cujusque
 domus locique privata documenta. Etenim Prin-
 cipes cum primis, in Comitibus, ea duntaxat illis
 temporibus annotari curarunt, quæ ad se pertinere,
 minus reliquorum solliciti; quod crederent
 factis esse in Imperii chartariis ea reperiri: (imo
 quantum ad Collegium Electorale ipsum, *was
 hievor fast niemand nachgelassen, denn nur al-
 lein Chur. Raths / einen Protocollisten zu hal-*
 D ten:

ten: hiß hernach, da einem jeden Churfürsten und Churfürstlichen Gesandten frey gestanden/ einen verpflichteten Notarium mit sich hinein, in den Churfürsten Rath, zu nehmen: Heiden in der *Gf. p. 2. c. 4.*) de quo defectu valde conqueritur *Frider. Hortlederus Tom. I. von Ursachen des E. Kr.* ubi literas *Sleidani* exhibet: quibus à Principibus Imperii ille contendit, ut de quibusdam ex Archivis suis ad historiam suam contexendam certio- rem se redderent. Sed plures, ea ipsum petere, respondisse, quæ in Archiva sua nunquam illata fuerint. Et profecto absque Archivo *Argentoratensi* si fuisset, vix eo *Sleidanus* potuisset progredi: nam & *Civitatenfes* majorem diligentiam scriptionis & custodiæ notitiarum publicarum impendisse videntur: quanquam non minus Archiva *Bavaricum, Palatinum, & Saxonica* præ cæteris commendari debeant. Interim Archivorum defectus subinde ex *scriniis* atque *Bibliothecis* tam *Collegiorum, præcipue Monasteriorum, quam singulorum* integrari aut suppleri constat. v. *Maderum in Tr. de Bibliothec. & Archiv.* tum & *Lohmeierum, Cappellum, &c.* de instructione & usu *Bibliothecarum*; quin & de *apparatu Bibliothecarum celebriorum, Lambecii, Gruteri, Couringii, Miræi,*

Mirai, Hoeschelii, Hottingeri, Sauberti, Coleri, Panvini, Schotti, Ernstii, &c. Commentationes: ut ne dicamus de his, quæ potius ad *doctrinæ curiose* usum, quam ad subsidium *publicorum negotiorum* pertinent; uti sunt *Labbei* Bibliotheca Bibliothecarum, *Spizelii* arcana Bibliothecarum retecta, cum similibus. Nunc quidem Archivis etiam integri Commentarii inferuntur, Acta integra Conventuum, Discursus, Relationes, Epistola, Historiæ, Genealogiæ, Insignium libri, & quæcunque futuro usui esse possunt. *Archivo* autem *Imperatoris & Imperii* succurrere licet, aut comple-
re potius notitiam Imperialem, ex *Statuum Archivis*, Electoralibus cumprimis, Circularibus: quin & *Bibliothecis Illustribus & Virorum peritorum Commentariis*; quanquam fide varia. Cumprimis ex *Chartariis* plures notitias servatas esse constat, utut illorum usus ante seculum X. vel nullus vel rarior fuerit: Nam licet *Librum* quendam *Censualem*, dictum *Polyptychum*, qua voce in *Cod. Theodos.* rationes publicæ veniunt, jam ante habuerint, qui ecclesiæ seu monasteriorum prædia & census summam exhiberet; tamen ipsorum Documentorum, quibus fides acquisitioni & titulo fieri poterat, descriptionem serius complexi sunt



Libro quodam seu codice chartaceo, (quem *Chartularium* seu *Chartarium* vocant, nobis *ein Copial-Buch*) in quem diplomata & chartas alias ordine inferebant. Hinc facile potuit accedere, ut cum originalibus deperditis non nisi ex chartario subsidium quæri possit, ex incuria describentium *navi*, tum Chronologici tum alii, qui ad *rei substantiam* non pertineant, irrepserint: ob quos tamen fidem ipsis documentis relatis non protinus detrahendam esse, censet Mabillonius *Lib. III. c. 5. §. II.* quippe quod nec *Codici Theodosiano* nec *Justiniano*, aliisque *descriptis*, per manum traditis, ubi originalia deperdita sunt, ob *navos* illos vel similes, autoritatis quicquam abcedat. *Idem* Mabillonius *d. Lib. III. c. 4. Notitiarum* meminit, *derer Nachrichten, welche man nebst denen Diplomaten abgefaßt.* Nobis hodie *regeſta*, quod eo negotii series *regeratur*, vulgo *registra*, & usitatus *Registraturen*, item *Protocolla*, dicuntur. Ad *regeſtum* illud *Officiorum & Judicum*, nunc etiam *Virorum Pragmaticorum* in Comitibus, & vel maxime *Protocolla Directoriorum*, magno usu recutitur, *in interpretandis Constitutionibus.* v. l. 14. C. *Theodos. d. indulg. debit. l. 2. C. Th. d. Discuss. & Cujac. XV. Obs. 37.* Sic & Rerum in *Conciliis gestarum*,

rum, seu *actorum*, collectio in *Ecclesia Græca* fiebat; cujus voluminis titulus erat: συναγωγή τῶν συνοδικῶν, ut *Socrates* habet, *Lib. 2. Hist. Eccl. c. 13. & L. IV. c. 21.* *Canones* vero diverso volumine servabantur. Similes sunt *Historia Conciliorum Occidentalis Ecclesie*, & *Acta Publica Comitiorum* aliorumque *Conventuum*, quæ præ cæteris, sub titulo *der Reichshandlung*, item, *Actorum & Tractatum Publicorum*, *Goldasti*, & *Horilederi*, bifulgidi illius sideris *Aula Saxo-Vinariensis*, tum & *Lundorpii* opera, colligi cœpta, nunc magno *Reipubl.* bono continuantur. Diu enim est, quod doctissimi *Germanie* Viri, amore Patriæ adducti, in *Archivis* atque *Bibliothecis* pervolvendis, industriam suam impenderunt, haudquaquam secundi *Gallorum*, *Italarum*, aliorumque *exteriorum* studiis, quorum omnia quidem, hisce temporibus, nitida & operosa videri possunt: sed gestarum rerum pondera, atque argumenta, in usu publicæ rei valida, à prægressis ipsorum studia Germanis ut plurimum accipienda sunt. Experimento sit illustratio ex ducentis & amplius scriptoribus, qui *Diplomata*, veteresque *Tabulas*, & res gestas suppeditant, in præcipuis, qui nunc quidem, præter memoratos, obversantur; uti sunt:

D 3

Geuvol.

*Gerwoldus, Amerbachius, Freberus, Conringius, Meibomius, Reineccius, Maderus, Hundius, Buclelinus, Heroldus, Remus, Vadianus, Brouwerus, Bruschius, Cranzius, Ferrarius, Cisnerus, Denaisius, Meurerus, Stumpffius, Leodius, Vignerius, Chiffletius, Blondellus, Serrarius, Baronius, Pontanus, Sigonius, Miraeus, Sanderus, Bzovius, Sirmundus, Puteanus, Labbeus, Pitbœi fratres, Baluzius, de Marca, Holstenius, Lambecius, Seldenus, Beka, Mabillonius, Canisius, Justellus, Schardius, Goblerus, Doubletus, Matthæi, Velferus, Aventinus, Magerus, Lindenbrogius: mixtim positi. Et tamen indies protrahuntur ea, quæ licet pluribus Archivis reposita, & anxie expetita fuerint, tamen inde erui nec dum potuere: qualis est emissa nuper, ex Archivo Electorali Palatino, *Matthæi Reg. Rom. Capitulatio*, nec *Goldasto* nec *Limnao*, aut cui alii indagatori, visa. Videlicet nec vacat omnibus, nec fas est, ingredi Archiva Principum, multoque minus Viennense & Moguntinum; in quibus quæ definita norunt Viri interiores, ea cum ipsis, plerumque mole negotiorum impeditis, ut ea publicare non liceat, intereunt. *Sichardus* quidem, auctoritate Diplomatis, ab Archi-Duce *Ferdinando Austriaco* impetrati, ut *Fichardus* in ejus vita refert,*

refert, ad Cathedralium Ecclesiarum, Abbatia-
rum & Monasteriorum, Bibliothecas aditum ob-
tinuit. *Aventinus* quoque, ut *Goldastus* in *Apo-
log. pro Henric. IV. pag. 17.* celebrat, *omnium vete-
rum Bibliothecarum verimonia, antequam ab his,
qui Pontificis partibus addicti sunt, examinarentur
& mutilarentur, in scrinia Annalium suorum con-
tulit.* Et quamvis *Goldastus* totam fere Germa-
niam undique pervaserit, tamen ne quidem ea,
quæ celebriorum, & cum primis Cæsarei & Mo-
guntini Archivorum sunt, inspiciendi copiam ha-
buit: pleraque etiam ex *privatis & doctorum Vi-
rorum scriniis* communicata accepit. Interea ad
gloriam veteris & emolumenta doctrinæ moderni
Imperii pertinet, quod ad supplendum *Justitiae*
Magisterium, quo uno stant omnia, ex industria
J. Enimundi Bonfidii, Gallie JC., Jus Orientale
Græcorum manu menteque volvere liceat. Nam
is in *Lib. I.* Imperatorum ab *Heraclio* usque ad
Michaëlem Palæologum Constitutiones *Lib. II.*
Sanctiones *Archi-Episcoporum & Patriarcharum*
Constantinop. & in *III.* *Responsa, Epistolas & Sen-
tentias Patriarcharum & Episcoporum cæteras, ex-
hibuit: tum & quod Job. Leunclavii, Nob. V Vest-
phali, cura, Tomum Juris Canonici Orientalis col-
lectum*

lectum habemus : quanquam *Conciliorum utriusque Orbis Canones & Distamina* multiplici diligentia, integris *Tomis & Collectionibus* vulgati extent ; *Pontificum* quoque *Constitutiones* per *Bullaria*, de quibus, eorumque discrimine, *alio loco* diximus, (saltem quod illorum etiam in *publico jure* habenda sit ratio :) satis afferentur. Quae vero *Cesarum Statutumve jura* concernunt, ea difficilius protracta, & necdum potiora multa detecta, aut direpta vel deperdita esse, dolendum est. Promiserat egregia *Petrus Lambecius*, dum viveret *S. C. Maj. Bibliothecarius*, in *Syntagmate Rerum Germanicarum* (seu *Germanicarum Rerum* scriptoribus variis, variisque actis publicis ex *Bibliotheca Caesarea* :) quod cum *Annotationibus & Indicibus*, aliquot voluminibus, jam anno 1673. editurum se esse minabatur. Sic inter alia inibi exhibiturus erat : *Pontificum, Gregorii III. Zachariae &c. Epistolas ad Carolum Martellum, Pippinum & Carolum Magnum : Udalrici Babenbergensis Codicem Epistolarem, variorum Pontificum, Imp. Roman. ut & Cardinalium & S. R. I. Principum epistolas, continentem ;* quas ipse anno 1125. collegerat. *Codicem Epistolarem Antiquitatum Archi-Episcopatus Magdeb.* plusquam centum antiquis *Diplomatibus*

matibus constantem, ante aliquot centum annos congestum. *Codicem Epistolarem Imp. Rudolphi I.* Epistolarum 149. ab ipso, ad ipsum, de ipso, scriptarum. *Ejusdem varia Diplomata*, ab ipso *Lambecio* collecta. *Centurias IV.* variorum veterum selector. *Diplomatum*, haecenus ineditorum, ad historiam rerum Germanicarum partim *sacram*, partim *profanam*, pertinentium, cum *Annot. & Tabb. Chronol. Summaria* antiqua selectorum *Veterum Diplomatum* miscellan. plusquam *bis mille*, ad Histor. R. G. tam *sacram* quam *profanam* spectantium, & in diversis *Archivis* instructuose adh. *latitantium*. *Acta publica & Concordata* inter Imp. *Frider. V. (alias III.) & Matth. Corvinum*, Hungariae Regem. *Codicem Epistolarem Imp. Rudolphi II.* epistolarum plusquam ducentarum, de variis negotiis publicis, ad Historiam illorum temporum illustrandam & suplandam: *Constitutiones* aliquas *Rudolphi I. & Alberti I. Germanicas*, ut & *Diplomata ad Frid. III.* pertinentia. *Ceremoniale antiquum*, ex *MSCr.*, de *Coronatione & Consecratione Imper. Rom. Aquisgrani*. *Acta & Monumenta publica, Hansam Teutonicam*, ut & *Historiam Bremensem & Hamburgensem* concernentia. *Editiones aliquot Aureae Bullae Caroli IV.*

E

ut

ut & *Versionem* ejus *Germanicam authenticam*:
 ut ne dicam, inter plura alia, de *Chronicis Austria-*
cis variis, & cum primis etiam *Aeneæ Sylvii*, item,
Trevirensi, *Thuringiæ*: nec non de *Chronico*
Hermanni Abb. Altaichensis, quod *Geovoldus*
 tanquam deperditum deploravit: de *Chronicor-*
um quorundam, ut *Hermanni Contracti*, *Hel-*
moldi, *Continuationibus*: de *Authoribus* quibus-
 dam rerum gestarum, ut *Ludovici Pii*, *Sigismundi*,
Imp. de *Tractatu* quodam ad *Carolus IV. Imp.*
de Expeditione Rom. de *Coronationis Friderici III.*
 descriptione, & *VVolf. Lazii* variis; quæ inter
Belli quoque *Smalcaldici* *Historia* reperitur: de
Catal. quodam *Archi-Episcoporum*, *Episcoporum*, & *Ab-*
batum *Germaniæ*: de *Libris* adhuc tribus ineditis
Onuphrii Panvini, quos *Maximil. II.* inscripserat.
 Quæ quidem omnia maximam rebus nostris ac-
 cessionem paritura forent. Neq; enim ad nos valde
 pertinent, quæ *Doubletus*, *Regum Franciæ* prioris
Stemmatis diplomata edidit, aut quæ nuper ad-
 modum diplomata ad 200. & amplius nec dum e-
 dita *Mabillonius* vulgavit. *Capitularia* quoque
 cum annexis, quæ *Baluzius* majori apparatu emi-
 sit, quantum illorum ad nos respicit, jam ante vi-
 dimus, saltem quod ingentes *Viris* hisce doctissimis
 gratias,

gratias, pro industria singulari, ad *exornandam Antiquitatis scientiam*, debeamus. Et quidem sicut ad intelligendas *voces formulasque veteres* in tanta literarum *barbarie*, qua profligata Latinitas fuerat, sub *Regum Francorum prima & secunda stirpis* temporibus, nec dum per Carolum M. resuscitata, (post quem diu etiam posthac, ob bella inter filios Ludovici Pii, & motus subsequutos in Imperio Germanico, perduravit,) diligentia & solertia plurimum contulerunt, *exteri* pariter & *Germanie utriusque Antiquarii, Goldastus*, (quem de studiis suis & usu *Criticorum*, inspice in *Replica adv. Greiserum, cap. V.* juncta etiam, si placet, de *præstantia, varietate, & usu Critices*, tractatione *solida Vossii Lib. I. d. Art. Grammat. c. 6.* tum & elegantia *invectiva in contemptores studii illius*, quod tantopere in publicis *Imperii & Aularum negotiis necessarium* est, D. *Strauchii Diff. Exot. Jur. Publ. IX. th. 10.* ubi & plures de *Arte Critica Scriptores*, ejusque *Encomiastas*, memorat.) *Vendelinus, Bignonius, Sirmondus, Baluzius*, (cum primis ad *Marculfi formulas*.) *Hotomannus, Vosius, Spelmanus, Boxhornius, Labbeus, Fresnius* (seu *Cangius*.) *Mabillonius*, & qui in *Societate Frugifera Germanorum* operati sunt plures. Ita quantum

ad *legenda & dijudicanda antiquiora Diplomata*, ad *historicam & forensem* disciplinam, post *Papebrochii* quædam, de *discernendis Diplomatis*, aliorumque sparsa nonnulla, doctissimi *Mabillonii* opera pretiosissima merito habenda est: qui *Libris IV. de Arte Diplomatica* (quorum *quartus* Palatia Regum Francor. ubi data sunt plerumque *Diplomata*; *quintus* 60. *Tabulas Scripturarum veterum*, in æs incisarum, & *sextus* novam collectionem documentorum, continet,) ea fere complexus est, quæ ad *veterum Instrumentorum antiquitatem, varietatem, materiam, seu membranam, chartas, liquores, scripturam, & in hac tam ad stylum ut & orthographiam, quam ad ductum literarum, monogrammata ac notas Chronologicas, tum & ad Sigilla* pertinent: Et hæc quidem usque ad *S. Ludovicum*, post cujus tempora facies nova in *Diplomatibus* visa est. Reperies autem in Eodem collectas quoque sigillatim, & examini subiectas, *formulas initiales Diplomatum Regiorum, etiam Caroli M. & Successorum: Titulos compellatorios: Data scripturarum, & loca, præcipue Palatiorum, Villarum Regiarum: Subscriptiones varias, etiam privarum, ut & manu aliena factas: Testium deinde & quandoque absentium: tum & in Regiis Diplo-*

Diplomatibus, *Procerum, Officialium Palatii*:
Sigilla, tum affixa tum pensilia, & ordinem pluri-
 um, *cera* item varii coloris; nec non *contrasigilla*,
 quibus seculo XII. Sigilla muniri ceperunt: *Bul-
 las* quoque multiplices, *anulos*, cum primis etiam
Piscatoris. Tum & *Notas Chronologicas* Diplo-
 matum varias exponit, ab incarnatione Christi,
 Indictionibus, Regimine. Præ cæteris autem com-
 mendabile est, quod *alphabetæ* vetera diversi ge-
 neris, interque ea etiam *Runicum* (de quarum lite-
 rarum antiquitate v. Conring. c. V. d. Orig. Fur.
Germ. p. 14. seq.) & *scripturas* à seculo VI usque ad
 XV. repræsentet; maxime quod scriptura *forensis*
 distet à scriptura *Diplomatica*, & non minus hæc à
 libris *scriptis* distincta sit. Equidem *judicium sin-
 ceritatis* Diplomatum non modo ex jam dictis, sed
 & aliis instruendum est. Sane *Papebrochius d.*
Tr. archivum *Dionysianum* officinam esse tradit
 falsorum Diplomatum Pontificiorum & Regio-
 rum. Imo in toto *Francorum* Regno nullam om-
 nino chartam sinceram & genuinam reperiri, ante
 Regnum primi Dagoberti, scribit; paucissimas
 sub illo & post illum, usque ad secundæ stirpis Re-
 ges, haberi, quæ autographæ dici possint, aut ex
 autographis fideliter sumptæ. Quod quidem Ma-



billonius *Lib. III. c. 2.* refellit, & in *Lib. III. c. 3.* cēsuram H. Conringii (quem in *Censura Diplom. Ludovici II.* quando pag. 72. seq. falsam sigillorum Ludovici Pii gemmeam extitisse scribit, non minus taxat, eo quod laurea fuerit,) in *Monachos* directam iniquitatis accusat: fidemque ac religionem *Monachorum* vindicat, (dicto loco & in *Lib. I. cap. VI.* item *Lib. III. c. VI. §. 10.*) ipse Presbyter ac *Monachus Benedictini Ordinis*: quos quidem *Monachos* Benedictinos, (quorum alias, ut & *Carthusianorum* scrinia & Bibliothecas, ceterorum *Monachorum* conditoriis locupletiores esse constat:) quod ipsi *Monachi Lindavienses* regulæ *S. Benedicti* olim dediti fuerint, *Conringius* redarguerat. Agit vero idem *Mabillonius Lib. I. c. 6. de falsariis*, quam antiqui illi sint, & quod ex renovatione *Diplomatum*, exemplatione aut jactura, non semper ex dolo aut corruptelis, vitia scripturarum processerint; tum & de falsariorum pœnis. Quin & de *Expilatoribus* Archivorum, & qui *Tabulas* confictas in iisdem supponunt, (ceu suppositio, nondum inventa *Typographia*, *scriptionibus* facilius potuit accidere. *Theophil. Raynaud. de malis ac bonis libris partit. I. Serie 1. erot. X. p. 116. usque 283.*) non minus agi poterat. *Specimen* deinde *critices* in

in examine Diplomatis cujusd. *Dagobertini* facit
Lib. III. c. 1. Item *Carolini* alicujus, nec non cu-
 jusd. *Lotbariani*. Aliud in prædicto Diplomate
Ludovici II. habes in *Deduct.* Heideri *pro Civitat.*
Lindaviensi, pag. 859. seqq. & dehinc *Conringii*
 peculiari Censura, modo tacta. Sed & inter alia
 recens quoddam, ap. D. *Strauchium Dissert. IX.*
Exoter. §. 10. exhibitur: ut ne de his quæ ad *Isido-*
rum, *Gratianum* & imo *Baronium*, qui in *Annal.*
Tom. III. ann. 324. §. 13. edixerat: *Annales nostros*
omni suspitione mendacii carere volumus! (cujus
 etiam errores plures in media *Italia* detegere ne
 quidem veritus est, in *Historia sua Pelagiana*,
Henricus de Noris, Augustinianus,) aliosque Di-
 plomatum & Veterum *Scripturarum* recensitores,
 cumulata sunt, dicamus. Sæpissime ex *Chrono-*
logismo argumenta pro falsitate chartarum desumi
 videas: & hinc quoque inter cætera falsitatis ar-
 guit diploma illud *Ludovicianum Heider. cit. De-*
duct. p. 865. ubi tradit, priores *Carolo Crasso Cæ-*
sares Regni Francici Diplomata ad annos sui regi-
 minis, nec non ad *indictiones*, direxisse. Primum
 fuisse *Carolum Crassum*, qui in *Epistolis* & *Diplo-*
matibus suis annos nativitatis Christi addiderit,
 veluti constat ex *Aventino, Vignierio, Stumpfio,*
Vadiano

Vadiano & al. qui & ipse mandaverit publice, ut in posterum anni ita computarentur; citans in hoc *Guler. in Rhetia, Lib. VII. fol. 98.* Sed vide *H. Conring. d. Tr. c. 17. p. 322. seq.* Et *Mabillonius Lib. III. c. 1. §. 10.* recte monet, multas chartas esse falsas, quarum notæ chronologicæ veræ sint; multas item veras, quarum notæ sint vitiosæ. Tandem nulla quidem vis est *prescriptionis* contra veritatem, quo minus diploma, quod per plura secula pro sincero habitum fuit, falsitatis argui possit: Idem *d. Lib. III. c. 3. §. 19.* & *Conring. Censur. Diplom. Lud. p. 351.* est autem vis *possessiois*. *Mabillon. Lib. III. c. 5. §. 13.* Etenim hæc post legitima temporum spatia, licet diploma, cui conformis est, fallum sit; aut diploma aliud verum, quod per secula delituit, possessioni adversum, protrahatur, inde convelli non potest.

Neque nulla fuerunt damna Archivi Cæsarei & Moguntini; ⁽ⁿ⁾ de quibus reparandis Comitialis deberet fieri consultatio. ^(o)

⁽ⁿ⁾ *Damna archivi Cæsarei & Moguntini*: Etenim multa cum *Friderici II. Imp.*

Imp. obitu ex republica, ejusque subsidiis & adju-
 mentis, conturbata sunt. Restaurato deinceps
 per *Rudolphum* Imperio custodita rursus fuere mo-
 numenta, quæ ad *Austriacos* pervenere. Sed isto-
 rum quoque series aliquoties interpellata, & nec
 omnia ad Archivum *Moguntinum*, maxime auli-
 cum, delata sunt. Major accuratio sub *Friderico*
III. successit, indeque *Austriacis* potissima, quæ
 majorem fidem habent, debentur; sicut etiam in
 Corpus *Recessuum Imperii* nullas Constitutiones,
 quæ *Fridericum III.* antegressæ sunt, receptas esse
 videmus: maxime quod abinde nova Imperio fa-
 cies inducta fuerit. Equidem *Maximilianum I.*
 atque *Carolus V.* multa impendisse constat in
 Conquistores Antiquitatum, ipseque *Ferdinan-*
mus I. Constitutionem *Francofurtensem Ludovici*
Bavari Imp. d. anno 1337., de *Juribus & excellentia*
Imperii, editam sibi que à *Seldio* Cancellario suo
 prælectam,prehendisse manibus, & osculo admo-
 to adorasse, legitur. Num vero Imperatoris Ar-
 chivum, per expeditiones *Caroli V.* in Africam, ut
 & per itinera in Hispaniam, præsertim ultimum il-
 lud, quo multa ex Archivo secum in navibus ave-
 xisse fertur, aliquot ex tempestate meris navibus,
 jacturam fecerit? non usque certum est. Sano
 quæ

F

quæ de direptione *Suecorum* in Moguntinis Archivis admiffa narrantur, falla sunt: nec enim *Spirense* cum primis attrectari voluit maturiori confilio *Rex Gustavus Adolphus*, quod non modo tot privatorum, sed & publicas Germaniæ Procerum & Universitatum, adeoque Imperii universi fortunâs, quisquis Acta illa abolita voluiffet, pessundaturus videri posset.

(o) *Comitialis consultatio*. Tum quod negotium hoc sine remediis, quæ Legalis potestatis sunt, perficere non liceat: tum quod antiquiores Constitutiones, si quæ ulterius reperirentur, Archivo Imperatoris aut Moguntinensi aulico nec dum illatæ, ut tamen ului esse queant, inferri iisdem, ut validæ Constitutiones, citra placitum Comitale non possint. Quin imo dubium nullum est, ex Statuum Archivis, ut & Bibliothecis, si de subsidiis illi requirerentur, quam plurima Archivis Imperii in supplementum cessura esse.

6. *Auctoritas Archivi Imperii* quæ sit, & fides in probando, *partim* intelligitur comparatione Archiv-

chivorum Statuum, in rebus Comitibus, quæ apographa custodiunt Imperialiter Actorum, *partim* praxi Curiaë & publicorum Tribunalium. Ubi requisita probationis & consuetudo observari debent. [Consuetudinem habent scriptores, ut in thesi fere agant, ^(p) ceu videre est apud *Speidel. voc. Archiv. & Klockium Relat. Cameral. 3. num. 133. &c.*

(p) *In thesi fere agant.* Quod monumenta publica testibus potiora sint: ex *l. 10. ff. d. Probat. cum primis ex Archivo desumpta. Auth. Ad hæc. C. d. fide instrument. add. Nov. 49. c. 2. §. 2. Nov. 15. c. 5. & Nov. 74. can. 1. XXX. qu. 1.* quæ tamen ad hypothesein transferri possunt: Ita quid in genere requiratur, ad hoc, ut scriptura ex archivo desumpta probet, late exequitur *Schraderus 1. Conf. 5. & Knipschildus Lib. II. de Jurib. Civ. Imp. c. 12. n. 15. seqq.* ubi etiam quod tali Scripturæ

ptura Archivali *extra territorium* credatur ejus, qui Archivi jus habet. Creditur enim *private scriptura*, si in Actis reperiatur: quidni multo magis, ut *Carpzovius* infert *Tit. XIV. Process. Judic. Art. V. n. 43. & 1. 17. 38. seqq.* plenissima haberetur fides scripturae cuilibet, licet perfectione sua fortassis non constet, adeoque etiam *non authentice*, (*idem* *Carpzov. 1. R. 78. n. 15.*) quae Archivo semelrite illata est. Probat quoque documentum ex *Archivo* prolatum ejus, *ad quem causa pertinet*, etiam *adv. tertium*. *Ruland. P. II. d. Commiss. Lib. V. c. 4.* (ubi aliquot capitibus de *Archivis* agit,) & *Klock. dict. Relat. Cam. 3. n. 133. seq.* modo de jure communi scriptura illa fidem mereri queat. *Dn. Carpz. 1. 16. 25. Fritsch. c. 7. d. Jur. Archiv. n. 57.* Et multo magis *adversus ipsum* probat, cujus Archivum est; sicuti *Tertullianus in Apologet. c. 21.* memorabili exemplo, ad ipsa *Romanorum Archiva*, super *miraculis*, quae in *passione Christi* evenire, provocat. Idemque de *Apographo* seu copia (vel *exemplo*) dici debet, si illa antiqua sit, aut debita solennitate confecta, vel authentice sumpta esse videatur, indeque cum *adminiculis*; *Gylm. Tom. I. Symph. p. 3. vot. 23. n. 86.* *Schraderus d. l.* quamvis originale reperiri non possit: quale quid de

de scripturis, quæ in *Archivis Statuum* ex Originalibus Imperii descripta extant, quibus cum collatio nonnunquam *majoris securitatis gratia* fieri solet, (ut in collatione *exemplarium A. Confess.* quæ in suis Archivis Principes *illibata* licet servaverant, cum *originali Casari exhibito*, so in **des Reichs Verwahrung geblieben**, contigisse, *Præfatio Formula Concordiæ* memorat,) omnino asserendum est: siquidem regulariter illa, quæ in Archivis reperiuntur, pro Authenticis habentur, aut iisdem in effectu parificantur; donec fides illorum idoneis argumentis aliunde infirmari queat. Klock. *c. 19. d. Contrib. n. 46.* Subinde enim *cæva* Autographis sunt exempla, à Notariis plerumque confecta, maxime antiquis temporibus; ne originalia per pagos circumferri oporteret: idque tanta *læpe similitudine*, ut vix ab originalibus discerni possint. Mabillon. *Lib. I. c. VII. d. Arte Diplom. §. 5.* Exemplaria vero seu chartas *pariculas*, **gleichlautende** originalia, quæ & Florentinus *l. 24. ff. qui test. fac. poss.* intelligit, haud dubie omnia parem efficaciam habent. Cæterum quæ ad *Archivi* cuiusque *fidem* desiderat D. Fritschius *d. Tr. c. 7. n. 8.* illa non omnia exiguntur, sed ad *Archivum Locus publicus, nec suspectus*, & bene *custo-*

custoditus ab eo, qui *Jus Archivi* habet, sufficit :
 utin Camera in caula **Sachsen & Salfeld** defini-
 tum est ; quamvis *Officialis* ei præpositus non sit.
Hippol. Riminaldus 1. conf. 23. n. 61. seq. 2. conf. 209.
n. 22. seq. Roman. 1. conf. 23. n. 161. seq. Ruland. d.
Lib. c. 8. & ipte D. Frutichius cit. c. n. 18. seqq. modo
 dignum fide testimonium, quod ex Archivo de-
 prompta sit Scriptura, aut exemplum cum Ori-
 ginali concordet, exhiberi queat.



*Damit nichts leer bleibe, bat man, so viel der Platz
 vergönnen will, (Tit) denen Herren Liebhabern mehrere
 Dispp. angeben, und darbey dienstlich melden wollen : Daß
 solche, wie gegenwärtige, ebenmäßig zu Jena in der Hellerischen
 Buchdruckerey, (mit einem gedruckten Catalogo, der noch
 viel 1000. Stücke, von allerhand in alle Facultäten einschlagende
 Dispp. in sich fasset,) um billigen Preiß zu haben find, als :*

- Schmeizelii de natura & indole artis heraldicæ.*
- Schmutzeri de Friderici secundi, Imp. Rom. Cæsar.*
- Aug. in rem litterariam meritis.*
- de Treskow de rebus, à Conrado III. Francia Orienta-*
- lis rege, gestis.*
- Treueri de prudentia circa officium pacificatoris inter*
- gentes.*
- Ejusdem de perpetua amicitia Germanicum inter &*
- Russicum Imperium.*

Tieme.

Tiemerothii problema politicum, annon consultum sit, lingvam vernaculam simul cum Imperio extendere seu propagare?

Vollharti historiae decemviratus quadam Apospasmathia è Livio & Dionysio adversus contradicentes defend.

Werenbergii filius perjurus & rebellis Henricus V. prædicatur, pius & justus exponitur in hac dissertatione.

Weberi sylloge rerum præcipuarum tempore Ferdinandi II. Imperatoris per Europam gestarum.

Ejusdem sylloge rerum præcipuarum tempore Matthiæ Casaris in Europa gestarum.

Westphalii de insignibus Magdeburgicis.

Wagenfeilii de re monetali veterum Romanorum.

Wernsdorfi de regibus crinitis Francorum Merovingicæ stirpis, qua simul probatur, numos quos vulgo Gothicos appellamus, ad hosce reges referendos videri.

Weinrichii in primos tractus Hennebergensis incolas ac pagos disquisitiono.


NB. Es dienet dem gelehrten Leser zur Nachricht: Daß nunmehr die Recension von denen Disputationibus, welche in das Lehn- Cammer- Staats- Kirchen- Militair- und Statuten-Recht einschlagen; Imgleichen diejenigen, welche aus der hieher gehörigen Historie, nöthigen Geographie, item vom Müntz-Wesen, ferner, von Antiquitäten, handeln, zu Ende ist, und daß man solche in denen Anhängen (gleichwie gegenwärtiger ist) bey folgenden, auch in der Hellerischen Buchdruckerey gedruckten Dissertationibus, in 812. Stücken bestehend, benenner antreffen kan, als in dem Anhang der Disp.

Bartheldti de jurisdicte. Camerali ejusd. fundamento.
Boecl-

- Bœcleri de Comitibus universalibus Imp. Rom. Germ.
 Brückneri de clandestinis sponsalibus juratis.
 Mülleri de matrimonio absentium.
 Brunnemanni de processu summario.
 Cocceji de jure feminis.
 Slevogtii de dominio revocabili.
 Eiusdem de executione in bona feudalia.
 Struvii de operis & servitiis rusticorum.
 Gerhardi de statibus imperio exemptis.
 Mantzelii de limitibus justitia, æquitatis, juris aggrati-
 andi & arbitrii judicis, vulgo aufRath der Rechtsgelehrten.
 Ekebrechtii de potestate superiorum in mutandis ul-
 timis voluntatibus.
 Weinrichii de vexillis & vexilliferis.
 Mülleri de conquiescente officio judicis.
 Slevogtii de alternatione, vulgo Mutschirung.
 Lynckeri de semiplenis probationibus.
 Slevogtii de allodialis investituræ renovatione.
 Mülleri de residentibus eorumque juribus.
 Riemeri Jura sceminarum in feudis proponens.
 Mülleri de fide fracta.
 Slevogtii de foro gestæ administrationis.
 Mülleri de conniventia.
 Lynckeri de expulsionem conductoris, si pensionibus
 non paruerit.
 Falckneri de Jure retractus legitimo.
 Ziegleri de donatione inter vivos.
 Bechmanni de coronæ opibus.
 Slevogtii de expensis deque earundem exceptione.

SOLI DEO GLORIA.






Jena, Diss.) 1686
(A(L.)



1317 Sb.
1018





Pla. 2. num. 30.

1686/13^c
17

I. N. D. N. I. C.

DE

VIVO IMPERII,

PRAESIDE

CHRISTOPHORO

NCKERO,

TO PRIMITVS IN ACADEMIA IE-

NOMINIS, DEINDE VERO SACRAE

AE MAIESTATI A CONSILIIIS IN


AVLA IMPERIALIBVS

EPT. A. O. R. CIO IO C LXXXVI.

DISPVAVIT

SIGISM. DANCKLVFFT,

C. M.



IENAE,
ERIS IO. BERNH. HELLER, 1744.

